

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De iteratione huius sacramenti. Quæstio 33.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

274 QVÆST. XXXII. ART. VII.  
genitalia, quibus propter immunditiam illarum pa-  
tium, & honestatem sacramenti non debet vñctio  
adhiberi.

A R T I C. VII.

132

Vtrum mutilati debeant inungi illis vñctionibus?

**A**d septimum sic proceditur. Videlur quod mu-  
tilati non sint inungendi illis vñctionibus, ea  
partibus illis competunt. Quia sicut hoc sacra-  
mentum exigit determinatam dispositionem in suscip-  
te, ut scilicet sit infirmus: ita & determinatam pa-  
tem. Sed ille qui non habet infirmi atem, non potest  
inungi. Ergo nec ille qui non habet partem illam,  
in qua debet fieri vñctio.

¶ 2 Præterea, ille qui est cœcus à nativitate non  
deliquit per visum. Sed in vñctione qua sit ad oculos  
sit mentio de delicto per visum. Ergo talis vñctio  
cœco nato non debet fieri: & sic de alijs.

SED contra est, quod defectus corporis non impedi-  
dit aliquid aliud sacramentum. Ergo nec istud in-  
pedire debet. Sed de necessitate istius sacramenti ei  
quælibet vñctioni. Ergo omnes debet fieri mutilati.

RESPONDEBO dicendum, quod mutilati etiam in-  
ungi debent, quanto propinquius fieri potest; ad pa-  
tes illas, in quibus vñctio fieri debuerat: quia quan-  
tas non habeant membra, habent tamen potentias al-  
iae quæ illis membris debentur, saltem in radice; &  
interius peccare possunt, per ea quæ ad partes illas  
pertinent, quamvis non exterius.

¶ Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

QVÆST. XXXIII.  
De iteratione huius sacramenti, in duos articu-  
los dini/a.

**D**inde considerandum est de iteratione huius  
sacramenti.

¶ Circa quod queruntur duo.

¶ Primo, vtrum hoc sacramentum debet iterari?  
¶ Secundo, vtrum in eadem infirmitate debet iterari?

*Vtrum hoc sacramentum debeat iterari?*

133

D primum sic proceditur. Videtur, quod hoc sa- Tho. ubi  
A cramentum non debeat iterari. Quia dignior est sup. ar. 4  
vncio, quæ fit homini quam quæ fit lapidi. Sed vnc- q. 1. c. 2.  
cio altaris non iteratur, nisi altare illud fractum fue-  
nit. Ergo nec vncio extrema, quæ adhibetur homi-  
ni, debet iterari.

C 2. Præterea, Post extremum nihil est. Sed hæc  
vncio dicitur extrema. Ergo non debet iterari.

SED contra, Hoc sacramentum est quedam spiri-  
tualis curatio, per modum corporalis curationis ex-  
hibita. Sed curatio corporalis iteratur. Ergo & hoc  
sacramentum iterari potest.

RESPONDEO dicendum, quod nullum sacra-  
mentale, nec sacramentum quod habet effectum per-  
petuum, debet iterari: quia ostenderetur sacramentum  
non suisse efficax ad faciendum illum effectum; & sic  
ficeret iniuria illi sacramento. Sacramentum autem  
quod habet effectum non perpetuum, potest iterari  
sive iniuria, ut effectus deperditus iterato recuperer-  
etur\*. Et quia sanitas corporis & mentis, quæ est ef- Aug. ser.  
fectus huius sacramenti, potest amitti postquam fue-  
rit per sacramenta effecta: ideo hoc sacramentum si-  
pore t. 20  
ne huius iniuria potest iterari.

Ad primum ergo dicendum, quod vncio lapidis,  
sit ad ipsum altaris consecrationem, quæ est perpetuo  
in lapide quamdiu altare manet: & ideo non potest  
iterari. Sed hæc vncio non sit ad consecrationem  
hominis, cum non imprimatur per eam character. Et  
ideo non est simile.

Ad secundum dicendum, quod illud quod secun-  
dum affirmationem hominum est extremum, quan-  
doque secundum rei veritatem non est extremum: &  
sic dicitur hoc sacramentum extrema vncio: quia  
non debet dari, nisi illis quorum mors est propinqua,  
secundum existimationem hominum.

*Vtrum in eadem infirmitate debeat iterari?*

**A**d secundum sic proceditur. Videtur, quod in eadem infirmitate non debeat iterari. Quia vni morbo non debetur nisi vna medicina. Sed hoc sacramentum est quædam spiritualis medicina. Ergo contra vnum morbum non debeat iterari.

**P** 2 Præterea, Secundum hoc posset aliquis infirmus tota die inungi, si in eodem morbo posset iterari vngatio; quod est absurdum.

SED contra est, quod aliquando morbus diu post sacramenti perceptionem; & sic reliquæ peccatorum contrahuntur, contra quas principaliter hoc sacramentum datur. Ergo debeat iterari.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum non respicit tantum infirmitatem, sed etiam infirmitatis statum: quia non debet dari nisi infirmis, qui secundum humanam estimationem videntur morti appropinquare. Quædam enim infirmitates non sunt diuturnæ: vnde si in eis datur hoc sacramentum, non si homo ad statum illum perueniat, quod sit in periculo mortis, non recedit a statu illo, nisi infirmitate curata; & ita non debeat iterum inungi: sed si reciduum patiatur, erit alia infirmitas, & poterit fieri alia inunctio. Quædam vero sunt ægritudines diuturnæ, ut hectica, hydroptisis, & huiusmodi; & in talibus non debet fieri inunctio, nisi quando videtur perdicere ad periculum mortis: & si homo illum articulum euadat eadem infirmitate durante, & iterum ad similem statum per illam ægritudinem reducatur, iterum potest inungi: quia iam quasi est aliud infirmans status, quamvis non sit alia infirmitas simpliciter.

**P** Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

Q VÆST. XXXIV.

*De Sacramento ordinis, quo ad eius essentiam, & eius partes, in quinque articulos dividitur.*

**P** Ost hæc considerandum est de sacramento ordinis. Et primo, de ordine in communione, Secundo,